Cvonradus subdiaconus, Canonicus Ecclesie Constanciensis O. in cuius anniversario dantur x. qurtl. tritici cum duobus modiis avene de bonis in Grenichon.

26. Berhta, filia Magistri Hartmanni de Pfeffikon O. in cuius Anniversario dantur ix qurtl. tritici de bonis in Gvndoltzwile.

Clementa, vxor dni. Wernheri de Rinach O. in cuius anniversario dantur ii modii spelte de bono in Niddrn-Rinach. Item iii qurtl. tritici de prato in Niderwile.

27. Hac die celebratur Missa pro salute vivorum Magistri Lütoldi de Jrflikon, quondam huius Ecclesie Canonici, et dantur de bonis in der Kalcherren vi modii spelte et avene, et vnus modius tritici de bono in dem obern bucholtz.

28. Henricus, Rector Ecclesie in Sempbach O. in cuius anniversario dantur vi modii spelte, duo modii avene, et v. sol. den. de Granario Dnorum.

29. Domina Adilheidis de Pfeffikon O. in cuius anniversario dantur ii modii tritici de bono in Columbe.

30. Berhta de fonte O. in cuius anniversario dantur duo maltra spelte de Granario Dnorum.

Berhta an dem Bruele O. in cuius anniversario dantur x qurtl. spelte de decima in leimbach.

Dna. Adilheidis de Rinach O. in cuius anniversario dantur iii modii siliginis et vnum malt. avene, de bono in Sura.

Waltherus, Officialis Curie Constanciensis, huius Ecclesie Canonicus O. ad cuius annivers. celebrandum dantur ii modii spelte de bono in Phephinkon, et de bono in Ebersol iii mlt. spelte et avene.

Item de bonis in Niderwile ii et dimid. mod. spelte, et vnus porcus den. v ß.

Rudolfus Hueter, prebendarius Altaris S. Thome Berone O. in cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. ii modii tritici.

Sciendum, quod feria tertia proxima ante festum penthecostes celebranda sunt anniversaria subsequentium, videlicet Anne de Kussenberg patrisque et matris eius, nec non Hemmanni de Wiltberg et Wernheri de Kussenberg, et datur de Granario Dnorum. vnus florenus cum quarta parte floreni in prompto.

Mai 1. *Philippi et Jacobi.* Hac die dantur tres panes.

Berhtoldus de Seckingen prebendarius O. in cuius anniversario Prebendarius S. Katherine ministrabit duos modios tritici de bonis sitis in Surse et in Eiche; in hunc mod. distribuend: Canonicis, qui vigilie, visitacioni sepulcri et misse interfuerint, vnus modius tritici in vino, duo qurtl. tritici prebendariis, scilicet S. Nycolai, vnum qurtl. tritici prebendariis altarium S. Marie et S. Mauricii, S. Johannis et omnium Sanctorum dividatur. Jpse quoque prebendarius S. Katherine predictus vnum qurt. tritici sibi retinebit.

2. Willebirc de Winon O. in cuius anniversario prebendarius in Swartzzenbach persolvere debet Canonicis residentibus v sol. den. in vino, et duos sol. denar. pauperibus in larga distribuat.

Wandellarius, Rector Ecclesie in Escholtzmat, et huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur iiii malt. spelte et avene, et ii et dimid. sol. den. de bono in Phephinkon. *)

3. *Jnvencio S. Crucis.* Hac die dantur tres panes.

Hvgo de Raperg, Canonicus huius Ecclesie O. in cuius Anniversario dantur v malt. spelte et avene de bonis in Hiltprehtingen.

*) Vergl. Geſchichtsfrd. III. 240.

Berhta, filia converse Ite ad fontem O. in cuius anniv. dantur vii quart. tr. et ii modii avene de bonis in Gundoltzwile.

4. Notandum, quod ex ordinacione Dni. Johannis Wenslinger, prebendarii altaris omnium Sanctorum, celebrandum est festum de Corona spinea domini nostri Jesu Christi ob memoriam et reverenciam dominice passionis, et dantur ii modii tritici, vi modii avene, et hyrcus valore vii ß. de bonis zem Einhus et in Mentzikon, ut idem festum celebretur cum omni solempnitate et processione, sicut festum S. crucis, sic dividenda: Custodi pro reliquiis et aliis ornamentis exponendis, et vtrisque Cantoribus cuilibet datur vnus panis prebendalis, sic pro organista vnus ß. Item Scolaribus versum gradualem cantantibus vi den. Residuum dividatur inter Canonicos et prebendarios, qui primis vesperis, processioni et misse interfuerint, ita quod vnus Canonicus recipiat, quantum duo prebendarii. Hoc festum celebrandum est crastino Invencionis sancte Crucis. Item ordinatum est, ut Scolares ad reverentiam dicte corone sua capita crinalibus pulchrioribus exornent.

5. *Ascensio Domini.* Dantur tres panes.

Hac die, videlicet in vigilia Johannis ante portam latinam, agatur memoria Dni. Jacobi de Bütinkon, Thesaurarii, Et fiat distribucio vi mod. spelte, iii malt. avene et iii sol. den. provenientium de bonis in Etzelwile.

Hac die dantur de bonis in Etzelwile ii modii spelte Canonicis omnibus in pane, ex ordinacione quondam Dni. Jacobi de Bütinkon, huius Ecclesie Thesaurarii, ut festivius celebretur festum istud.

6. Sciendum, quod omni anno in Crastino Ascensionis Dni. agenda est memoria Arnoldi dicti Trutman Officiatus huius Ecclesie, et fiat distribucio duorum modiorum spelte et vnius Maltr. avene proveniencium de bonis in Adilswil. Item trium modiorum spelte

et trium mod. avene proveniencium de bonis in Kvlumbrowe. Item x sol. proveniencium de bonis in Küttingen. Officiatis huius Ecclesie singulis cum precone vi den. cum vno pane prebendali ministrentur.

Wernherus de Rinach miles O. in cuius anniversario dantur de bono in Rikenbach, quod colit dicta Zvbra, iiij ß. den. item iiij sol. dat Plebanus in Pheffikon, qui pro tempore fuerit prebendarius.

Johannes Höri, huius Ecclesie pistor O. in cuius Anniversario, ut infra pridie Kal. Julii patebit, ex ordinacione dni. Henrici Höri dantur vi qurtl. tritici qua divisione dividenda.

7. Nota, ex ordinacione Dni. Waltheri de Mundrachingen, quondam Brixinensis Ecclesie prepositi, Constanciensisque et huius Ecclesiarum Canonici, ob reverenciam S. Michaelis archangeli celebranda est inperpetuum octava revelationis S. Michaelis cum pleno officio, missa scilicet, vesperis et aliis horis cum omni solempnitate, sicut in die sancto eiusdem, et dantur de domibus areis et curia suis canoniciali, per canonicum easdem pro tempore inhabitantem, duo modii tritici et avene.

8. ***Revelatio S. Michaelis.*** Hac die dantur quatuor panes et de Cammera 1.

Hac die O. Dnus. Johannes Episcopus Curiensis, et quondam huius Ecclesie Canonicus. In cuius anniversario dantur de bono in Winikon vii mod. spelte et i ml. avene.

Hac die ex ordinacione Petri Liebinger, Basileensis Ecclesie prepositi, eiusdem, Constanciensis et huius Ecclesiarum Canonici, datur de Granario Dnorum. vnus florenus in avro.

Item Ita Vtingerin O. in cuius annivers. datur i Mlt. eque de bono in Witwil.

9. Magister Nycolaus de Thurego O. in cuius Anniversario dantur ii et dimid. mod. tritici de bono in Schongow.

Anno Dn. 1335 Joh. Decanus in Nünkilch, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de bonis in Grenkon xviii qurtl. tritici et iii modii siliginis.

10. Johannes, Minister de Berona, Berhta uxor eius, Anna eius filia O. in quorum anniversario dantur de Granario Dnorum. ii modii tritici.

Anno Dni. 1363 O. Dnus. Jacobus de Rinach, prepositus huius Ecclesie, in cuius Anniversario dantur de bonis in Triengen tria Mltra. spelte et duo mltr. avene. Item de bono in Kulmerowa tres modii spelte et vnum Maltrum avene.

11. Anno Dni. 1329 Magr. Petrus de Thurego, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur duo modii tritici de bono in Zetzwile. Item de bono in Kvlumbe vi qurt. tritici. Item de bono in Ezelwile vnum mltr. avene et v ß. den.

Anno Dni. 1380 Mathys de Obernrinach armiger Ob. in cuius anniversario dantur vnus modius tritici de bono dicto in Bül, alias dicto Cun Eycholtz.

12. *Festum Nerei, achillei et pancratii.* Hac die dantur quatuor panes.

Johannes dictus Bischof, et lena vxor sua O. in quorum anniversario datur vnus modius tritici de bono in Liele.

Anno Dni. 1266 Berhta de Rinach O. in cuius anniversario dantur xiii sol. den. de scoposa in Eye.

14. Conradus dictus Schönbrot, Civis Mellingensis O. in cuius anniversario dantur de bono in Eye iii mltr. spelte et avene. Item de bono in Nudorf vi modii spelte et avene. Item de bono in Zetzwile ii qurt. tritici. Item de Cellario v qurt. tritici, et xv sol. den.

Anno Dni. 1397 O. Johannes Muchting, huius Ecclesie Canonicus, in cuius anniversario dantur ii modii spelte et i libra v ß. de bonis in Nudorf.

15. *Adventus Spiritus Sancti.* In hoc festo dantur v panes et de Kammera ii.

Anno Dni. 1382 O. Dnus. Rudolfus Ribi, huius Ecclesie Prepositus, in cuius anniversario dantur vnum Mltr. spelte et x ß. de bonis in Nudorf.

Hic agatur memoria bone memorie Dni. Jacobi de Rinach, olim huius Ecclesie prepositi, et dividantur duo modii tritici de Granario Dnorum.

16. Anno Dni. 1314 Volricus de Richintal, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur iiij modii tritici de Granario Dnorum.

17. Anno Dni. 1328 Gervngus de Seconis, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur iiij mltr. Spelte et avene de bonis in Gvntzwile, et xx solidi de bonis in Armense.

19. Anno Dni. 1305 Dyetricus hospitis, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur duo maltr. spelte et avene de scoposa in Eye. Item vnus modius tritici de bono in . . .

Jtem duo modij avene de bono in Baldegge.

20. Hac die obiit Johannes Rvdgers de Seconis. In cuius anniversario dantur quinque modii spelte de decima maiori in Endveld, conpertinenti Ecclesie in Sure.

21. Anno Dni. 1353 Dominus Johannes de Schitterberg, huius Ecclesie Canonicus O. Jn cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. vi. modij spelte et ii Maltra avene.

Huic anniversario additur i libra cum iiij ß de domo et Curia Dni. de Clingen, quam nunc Mgr. Cvonradus Schappel. . . . .

22. Anno Dni. 1414 O. Dnus. Rudolfus de Hewen, quondam huius Ecclesie prepositus, nec non Argentinensis Ecclesie Cathedralis Thesaurarius. In cuius Anniversario dantur duo frusta siliginis et vnum maltrum avene de decima maiori in Endvelt, compertinenti Ecclesie in Sure.

Sciendum, quod in Festo Penteeostes ex ordinacione Dni. Johannis Teller, Decani in Hochdorf, et huius Ecclesie Canonici, datur vnus florenus de

Granario Dnorum in honorem Sanctissime trinitatis et spiritus sancti in prompto distribuendi, Canonicis qui primis vesperis, processioni et Misse interfuerint dimidius florenus detur, Reliqua autem medietas floreni prebendariis eisdem presentibus et pauperibus equaliter dividatur; ita tamen, ut eiusdem Dni. Johannis antecessorum et benefactorum suorum memoria habeatur; adiecto eciam, ut eodem die de trinitate sancta ante processionem cantetur Collecta et Antiphona: Gloria tibi trinitas, vel alia consimilis Antiphona.

Nota, quod ex ordinacione Dni. Johannis Krebsinger, prebendarii Altaris S. Johannis, singulis annis in festo S. Trinitatis de Granario Dnrum. datur vnus modius tritici inter Canonicos et prebendarios huius Ecclesie dividendus, ita videlicet: cuilibet Canonicorum et prebendariorum, qui primis vesperis et misse interfuerint, datur vnus panis prebendalis, et festum predictum debet sub duplici officio solempniter celebrari, et in octava penthecostes in vesperis inchoari.

Item ex ordinacione Dni. Volrici Zovinger, prebendarii altaris S. Galli, ob reverentiam festi S. Trinitatis supradicte de Granario dantur iii cum dimid. mod. tritici in hunc modum distribuendi: Canonicis, qui primis vesperis, matutinali officio, quod de sero celebratur, processioni, misse publice interfuerint et obtulerint, vi. qurt. tritici in pane et v. qurt. tritici in vino; deducto primo pro quolibet prebendariorum officiatorum et sacristarum et Cantorum vno pane prebendali, et scolaribus versum gradualem eodem die cantantibus vi. den. Deducto etiam vino cantoribus et sacristis, quod ab antiquo fieri consuetum est in festis sollempnibus. Jtem pro Scolaribus in eodem festo flores colligentibus et in Ecclesia spargentibus i ß. den.

24. Notandum, quod omni anno feria III post Octavam Penthecostes agenda est memoria Dni. Hartmanni

de Ruda militis, et fiat distribucio x qurt. tritici provenientium de bonis in Grenichon.

Anno Dni. 1318 Dyethelmus de Eichiberg prebendarius S. Katherine O. in cuius Anniversario dantur duo modii tritici de bono in Lütwile.

Anno Dni. 1397 Volricus Sculteti de Arow, hujus Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de bonis in Nüdorf i. libr. 5 ß. Jtem de bonis Felsch in Zezwil vi. qart. tritici.

25. Volricus de Jberg, Officiatus huius Ecclesie O. in cuius anniversario datur vnus modius tritici de Cellario Dnorum.

26. Nota, quod de communi consensu Capituli Ecclesie Beronensis statutum est, quod annuatim feria V proxima post Octavam Penthecostes cum omni sollempnitate celebretur tam nocturnale quam diurnale Officium in nostra Ecclesia de Corpore Christi, et eodem die detur vnum Maltr. spelte de Granario Dnorum Canonicis qui Misse interfuerint in pane dividendum. Statutum est eciam, quod eodem die singulis Canonicis et prebendariis, qui predicte Misse interfuerint, vnus Stauffus vini donetur.

Huic festo additur i modius tritici de Granario Dnorum. ex ordinacione dni Johannis dicti Gülling, quondam huius Ecclesie Canonici.

Chuno de Landenberg, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur x modii spelte de Granario Dnorum.

27. Anno Dni. 1318 Magr. Nycolaus de Malters, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur vi. modij spelte et vnum malt. avene de scoposa in der obern huba. Huic anniversario additur vnum maltrum avene de bono in Niderwile.

28. Ulricus Rector Ecclesie in Swarzenbach, et prebendarius altaris S. Mauricij Beronensis Ecclesie obiit. In cuius anniversario prebendarius capelle S. Petri et altaris S. Katherine decem sol. den. monete com-

munis de agro dicto des probstes akker sito prope villam Beronensem ministrabit.

Hic agatur memoria Dni. Petri de Boswil, quondam Rectoris Ecclesie in Büron.

29. Nicolaus Cramos, Prebendarius huius Ecclesie O. In cuius anniversario datur vnus modius tritici de area sita inter aream Omn. Sanctorum et Aream N. zum Brunnen.

30. Notandum, quod Anno Dni. 1383 Dnus. Jacobus Wiso, Rector Ecclesie in Schöftlon et huius Ecclesie Canonicus ordinavit, quod singulis diebus per circulum anni post missam publicam intente cantetur vna antyfona de salutifero sacramento corporis Christi cum collecta, et quod Dominica infra Octavam et octava corporis Christi festive de corpore Christi ut in die celebretur. Et ut hoc ita perficiatur, dictus Dnus. Jacobus emit iii mltr. spelte in Büron a Domino Lütoldo de Arburg.

31. Anno Dni. 1313 Domina Adilheidis, uxor Dni. Chunonis de Rinach O. in cuius anuiversario dantur duo Maltera spelte et avene de bonis in Swarzzenbach.

Anno Dni. 1348 Dn. Johannes de Halwil miles O. in cuius anniversario iij modii tritici dantur de bono in Anglicon.

Anno Dni. 1360 Dn. Jacobus de Lindenberg, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de bonis in Esche III cum dimid. modii tritici, iij modii avene, ii cum dimid. qurt. legumenum, videlicet fabarum, ordei, et vnus porcus de v ß.

Brachm. 1. Anno Dni. 1309 Chvonradus de Landenberg, huius Ecclesie Canonicus Ob. in cuius anniversario dantur iij mlt. spelte et avene de bonis in Hochdorf; Jtem vnus modius tritici de Kurti in Hochdorf; Jtem vi. qurt. tritici et vnum qurtl. fabarum de novalibus in Büttwil prope Schongow.

2. Hac die ex ordinacione Dni. Petri Liebinger, Basileensis Ecclesic prepositi, ejusdem, Constantiensis

et huius Ecclesiarum Canonici, datur de Granario Dnorum. vnus florenus in auro.

3. Anno Dni. 1303 Dnus. Waltherus du Velthein, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur xiii. qurt. tritici, duo modii avene, et ij qrt. legumenum de bonis in Hallewile; Jtem de bono in Grenichon vnus modius tritici; Jtem de Cellario Dnorum. x sol. den.

Hac die ex ordinacione Dni. Johannis de Baldwile, huius Ecclesie Canonici, datur 1. modius trtci. de Granario Dnorum. ut hoc festum (Herasmi Epi. et Mart.) solempniter celebretur.

4. Hac die agatur memoria Dni. Johannis de Baldwile, huius Ecclesie Canonici, cum missa pro salute vivorum, et fiat distribucio iiij modiorum tritici de Granario Dnorum.

5. Cunradus de Gruntzhein, prebendarius Altaris S. Andree siti in Ecclesia Beronensi, et Margaritha de Gruntzhein O. in quorum anniversario dantur de bonis emptis a Dno. de Hospental situatis in Winikon et in Triengen iii mltr. vii qurt. avene et ii qurt. spelte; Item de bonis in Niderwil viii qrt. spelte; Item de bonis in Gundoltzwile i modius trtci.

5. Anno Dni. 1314 Volmarus de Thomarkilch, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur tria Mlt. spelte et avene de bonis in Wile.

Hac die agatur memoria Magr. Heinrici de Surse, quondam Officialis Basileensis, et huius Ecclesie Canonici, et dantur duo floreni de Granario Dnorum.

6. Jtem hac die agatur memoria patris predicti Magr. Henrici de Surse, et dantur duo floreni de Granario Dnorum.

7. Wernherus miles, et Rudolffus fratres de Rinach O. in quorum anniversario dantur iiij sol. den. de bono in Nüdorf; Jtem vnum maltrum avene de bono in Blasenberg, Canonicis in pane et vino ministrand. Item duo modii spelte de bono in Elmengrin, pauperibus in larga distribuend.

8. Berhtoldus de Wintertur, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur iiij Maltra spelte et avene de Decima in Leimbach.

Anno Dni. 1292 Heinricus de Rinach O. in cuius anniversario dantur x fol. den. de advocacia in Hubon.

10. Hac die celebratur anniversarium Conradi Gartners, Officialis quondam huius Ecclesie, et Margarithe vxoris eius, Et dantur de Granario Dnorum duo modii eque. Et adduntur post mortem Joannis Gartners eciam Officialis huius Eccle. filii predicti Conradi, quinque maltra eque, etiam de Granario Dnorum. Hoc anniversarium peragendum est post octavam Corporis Christi, proxima die in qua anniversaria celebranda locum habent; et hoc videlicet, si in octavam aliquam venerit, si vero non, peragatur tunc in loco prescripto.

11. Ex ordinacione Volrici de Zetzwil, huius Ecclesie Officialis, peragendum est suum, vxorisque sue Margarethe de Gundeltingen et omnium parentum ipsorum anniversarium, et dantur de bono in Rinach, quod nunc colit Rud. Giger, vii modii eque, i pullus carnisprivialis, ii. pulli autumpnales, et xxx ova, et i. modius tritici. Datur etiam vnus solidus sacristanis sepulcra solite signantibus, quod non fecerint, nichil eis deducatur.

12. Hac die celebretur Missa pro salute vivorum Dni. Johannis Tellers, Decani in Hochdorf, et huius Ecclesie Canonici, et datur vnus florenus de Granario Dnorum. in prompto dividendus. Jtem idem Dnus. Johannes post mortem suam contulit et donavit domum suam cum area et horto Altari S. Thome Apostoli, sitam ex vna parte domui altaris S. Marie, ex altera parte vero contingent domui Mgr. Johannis Ernst; ita tamen, quod prebendarius altaris S. Thome celebret suum Anniversarium, suorum antecessorum benefactorumque suorum cum duobus sacerdotibus, reficiendo eadem die eosdem Sacerdotes cum prandio.

Item hoc anniversarium peragendum est post octavam Corporis Christi proxima die, in qua anniversaria celebrari possunt et locum habeant, et hoc dummodo octava aliqua inciderit, si vero non, tunc celebretur in loco scripto.

13. *Festum Onofrij Confessoris et Heremite.*

Nota, quod Anno Dni. 1380 ex ordinacione Dni. Conradi Wenslinger, prebendarii Altaris S. Andree, singulis annis in festo S. Onufrii de area, domus et ortus contigua domo Petri Metzlin, et ex altera parte domo Waltheri dicti Semans, datur vnus modius tritici Canonicis qui primis vesperis et misse interfuerint, deductis primo pro quolibet prebendario vno pane prebendali, et festum predictum debet sub duplici officio solempniter celebrari.

14. Anni Dni. 1361 O. Dnus. Johannes de Büttikon dictus Hofmeister, miles; Cuius anniversarium dicta die celebrandum est cum vigilia et Missa pro Defunctis pro eo, quod donavit ecclesie xl florenos ad usus fabrice et pauperum equaliter convertendos. Item donavit Altari publico vnam casulam de serico viridis coloris; Jtem predictus Dnus. Johannes Hofmeister miles dedit decem florenos prebendariis, de quibus dantur de bono in Mulwil, quod colit Wernherus Seger, viii sol. den. predictis prebendariis.

15. Hac die celebratur anniversarium Johannis Dietzen, Mathei Vogel, Berchtoldi Billen, Petri Melsack, Wernheri de Schenken, et datur 1. Maltr. Spelte de Decima in Endvelt.

16. Johannes de Grieshein, Jncuratus Ecclesie in Hochdorf O. in cuius anniversario dantur de Cellario Dnorum. xx. ß. denariorum. Huic anniversario adduntur viii. sol. den. de domo et area Jncurati in Hochdorf.

17. Volricus de Kyburg, Curiensis Episcopus, quondam huius Ecclesie Prepositus O. in cuius Anniversario Prebendarius in Swartzzenbach persolvere debet Ca-

nonicis residentibus v. sol. in vino, et duos sol. in larga pauperibus distrib.

17. Anno Dni. 1405 obiit Johannes de Halwil, in cuius Anniversario dantur viiii modii spelte et avene de medietate Curie in Oberadelswil, quondam Volrici de Obernrinach, nunc vero Dni. Waltheri de Halwil Canonici Ecclesie Beronensis, fratris prefati Johannis.

18. Hac die celebretur Missa pro salute vivorum Dni. Johannis Trullerey, prepositi Werdensis, et quondam huius Ecclesie Canonici, et dantur duo maltra avene de decima maiori in entfelt, dividenda secundum formam communem. Anno Dni. 1436.

Item insuper constituit idem Dnus. prepositus Werdensis vnum maltrum avene de Scoposa in Kulmerow, ut hac die celebretur Anniversarium Johannis Trullerey et agnetis matris, progenitorum suorum. 1436.

19. Wernherus Pincerna O. in cuius anniversario datur prebendariis sepulcrum suum visitantibus i. qurt. tritici de bono iu Schongowe, pauperibus quoque i. qurt. tritici de eodem bono ministratur in larga.

Margareta de Rogswil O. in cuius anniversario dantur xvi. qurt. spelte de granario Dnorum.

Hesso dictus Winman de Surse, Anna relicta sua, et liberi sui O. in quorum anniversario prebendarius Altaris SS. Johannis Baptiste et Evangeliste, qui pro tempore fuerit, dat i. modium tritici de domo quam ipse inhabitat, cum curti et orto sibi contiguo.

20. Anno Dni. 1381 Ob. Eberhardus de Strass, olim huius ecclesie Canonicus et Thesaurarius, in cuius anniversario dantur xviii. qrt. siliginis de Curia prope Culme; Jtem iiii. sol. den. de scoposa in Triengen dicta der Bibersteinen gut.

21. Hac die celebratur Missa pro salute vivorum Johannis Willhelmi de Mülinen, quondam huius Ecclesie Canonici, et dantur v modii spelte de decima maiori in Endvelt, compertinenti Ecclesie in Sure

22. *Decem milium Martirum.*

Notandum, quod ex ordinacione Anne de Rogswile converse, celebrandum est festum S. decem milium martirum et militum sollempniter, et dantur duo libre den. de prato dicto Ruthszmatt, situm jvxta oppidum Surse; sic dividende, ut Custodi pro reliquiis exponendis ac aliis ornamentis, et vtrisque cantoribus cuilibet dentur vi. den. Residuum dividatur inter Canonicos et prebendarios, qui primis vesperis et misse interfuerint; Jta, quod vnus Canonicus recipiat tantum, quantum duo prebendarii.

Nota, quod hec duo libre in futurum dari debentur de Granario Dnorum.

Hac die ex ordinacione Dni. Petri Liebinger, Basileensis Ecclesie Prepositi, eiusdem, Constantiensis et huius Ecclesiarum Canonici, datur de Granario Dnorum. vnus florenus in auro.

23. Johannes natus quondam Dni. Rudolfi de Halwil militis, huius Ecclesie Canonicus Ob. in cuius anniversario dantur xxvi ß. et 1. mltr. avene de bonis in Bürren, emptis a Domino Lütoldo de Arburg. Jllud anniversarium debet celebrari in vigilia Johannis.

Arnoldus pistor et margarita vxor eius de Rinach O. in quorum annivers. datur vnus modius tritici de bono dicto Spieslisgut in Pfäffikon.

24. *Nativitas S. Johannis Baptiste.*
Hac die dantur tres panes.

Hac die ex ordinacione Dni. Petri Liebinger, Basileensis Ecclesie Prepositi, eiusdem, Constantiensis et huius Ecclesiarum Canonici, [1]) datur de Granario Dominorum vnus florens in auro.

25. Notandum, quod singulis annis prima feria post festum beati Johannis baptiste vacante, ab aliis anniversariis celebranda est memoria Dni. Volrici de Landenberg, huius Ecclesie Prepositi, et eo die

---

1) Sein Tod wird beim 18 Heum. auf das Jahr 1433 angeſetzt.

dantur de Cellario Dominorum vij modii spelte, iij modii avene, et v. sol. den. Jtem de agris in Berona vi. quart. tritici.

Hic agatur memoria Dni. Gervngi de Seconis, et fiat distribucio iiii maltrorum spelte et avene proveniencium de bonis in Guntzwile.

27. Helena de Liebegge, vxor Dni. Volrici de Rinach O. in cuius anniversario dantur x sol. den. de bonis in Hergensberg.

Hac die celebranda est memoria Dni. Volrici de Rinach militis, et Hessonis patris eius, et fiat distribucio vnius Maltri Spelte de bonis in Nidren-Slierbach.

29. *Petri et Pauli.*

Hac die dantur tres panes.

Hac die obiit Petrus de Erlosun, prebendarius huius Ecclesie. In cuius anniversario datur vnus Modius tritici de Granario Dominorum, dividendus secundum formam litter. sue precarie; cuius tenor in terminis circa finem huius libri continetur, scilicet Canonicis ii qrtl. tritici, capellano S. Galli i. qrt. tritici, resid. qrt. pauperibus.

30. Anno Dni. 1453. Hac die celebratur Missa pro salute vivorum Anthonii Russen, Schulteti Lucernenensis, et Anne de Kussenberg eius vxoris, et datur vnus florenus de granario Dnorum. in prompto in hunc modum dividendus: Canonicis, qui Misse interfuerint et obtulerint, dimidius florenus; reliqua medietas inter Prebendarios, qui eisdem interfuerint, et pauperes equaliter erogetur. Et post obitum amborum superadditur adhuc vnus florenus in anniversario ipsorum, etiam de Granario Dnorum dividendus ut supra in prompto.

Est sciendum, quod D. Henricus Houri, huius Ecclesie Canonicus, hec subscripta donavit bona: Primo bonum in Rinach dictum Giszlis gut et duo Scopose, nunc solvit 1. modium trtci. iii modii avene. Item tres agros in monte Honberg sitos,

sunt quindecim jugera, colit jam Fridschii Gundolff pro ii qrt. tritici. Insuper bonum ibidem dictum Burckartz gut, colit Hensli in der Müli, solvit vi. qrt. tritici, vii qrt. avene, de quibus vi. qrt. tritici dantur ad anniversarium Johannis Houri supra, Nonas Maij. Residuum cedit ad subscriptum festum loco ix mod. eque pro prefato D. H. sua ex parte exponend.

Quia varii rerum eventus persepe multatione multiplici facta hominum disturbant, vt qui nunc bonis vice prosperatur cras sanum se non audeat existimare; hinc est, quod nos Ymerius et Henricus Hovri, huius Ecclesie Canonici, in bona adhuc corporis valetudine constituti, sub Anno Dni. 1417 in generali Capitulo Beron. Maii concordi consensu honorabilium Dni. Thuringi de Arburg prepositi et totius capituli Ecclesie Beronensis, ad semper gloriose intemerateque beate virginis Marie singulare preconium, de nobis a Deo collatis instituimus festum visitationis eiusdem cum octavis in hac beronensi Ecclesia in amplius perpetue sollempniter ut Corporis Christi festum celebrandum. Et dantur quatuor maltera cum duobus modiis eque in hunc modum distribuenda: Primo Canonicis qui primis vesperis dicte visitacionis Marie, processioni et Misse interfuerint et obtulerint, sex modii eque; Dein Canonicis, qui equaliter primis vesperis, processioni et misse Diei dominice infra octavam predictam interfuerint et obtulerint, eciam sex modii eque, et si ipsum festum in Dominicam evenerit, volumus hanc partem eius sollempniter absque processione, quem in octavam eiusdem festi transferimus, peragi tertio Nonas Julii (5 Heum.); demum eisdem Canonicis, qui primis vesperis et Misse in octava dicti festi interfuerint et obtulerint, sex modii eque in pane et vino distribuantur, jta tamen, quod ante omnia de qualibet harum distributionum seu quolibet horum etiam dierum quilibet prebendarius qui

predictis interfuerit, detur vnus panis prebendalis cum quatuor denariis; Organiste quoque vnus solidus den. et scolaribus versum gradualem cantantibus sex denarii; Thesaurario quoque pro reliquiis exponendis et aliis ornamentis plurimis vnus panis prebendalis donetur. Ab ipsis autem prebendariis singulis confidencie vero poscimus, quod singuli eorum ob ipsius festi Reverenciam missas de eodem celebrent, nec non in eisdem memoriam facientes infra octavam, quando commodius id fieri facultas exposcit. Nolumus tamen, ut aliqua anniversaria per octavam hanc peragenda anticipentur, sed suis in locis ut hactenus peragentur.

Heum. 1. Bertha de Witwil O. in cuius anniversario datur vnus modius tritici de bonis in Gvndoltzwile.

2. Johannes dictus faber Sacerdos O. in cuius anniversario plebanus in Surse, qui pro tempore fuerit, ministrabit de duabus Scoposis sitis zem hofe v modii spelte et vii mod. avene.

3. Richinza filia Magistri Hartmanni de Pfeffikon O. in cuius anniversario dantur vi. qrt. tritici et avene de Curia in Armense.

4. Anno Dni. 1464, ut festum Sancti Volrici Episc. festivius peragatur, Dnus. Vodalricus Wolff, Cappellanus Sancti Johannis Ecclesie Beronensis, instituit et ordinavit dari vnum Malterum eque de bono quodam in Nüdorff emptum a domo et dominis In hetzkilch juxta tenorem littere desuper confecte et habite.

5. Hedewigis de Rota O. in cuius anniversario dantur xvii sol. den. de bono in Tieppoltzwile. Si Prebendarius S. Nycolai Missam pro Defunctis ista die celebrare neglexerit, porcio sibi debita. (vi sol.) Canonicis unacum eorum porcione (viii sol.) erit distribuenda.

6. Hac die ex Ordinacione Ite de Tann celebratur Missa pro salute vivorum, et datur vnum Maltr. Spelte de Granario Dnorum. Post obitum predicte Ite de Tann superadditur adhuc vnum maltr. de Granario

Dnorum, et tunc debet celebrari annivers. eiusdem Ite ac omnium antecessorum suorum.

7. Notandum, quod proxima feria post octavam Apostolorum petri et pauli vacante, ab aliis anniversariis et festivitatibus celebrari debet Missa pro salute vivorum, quamdiu Nicolaus Trütler vixerit, olim huius Ecclesie Canonicns, post vero eius mortem in eadem Ecclesia debet celebrari suum anniversarium, pro quo dantur duo qurt. tritici de bonis in Gvndeltzwil, emptis a dictis Hentzikon. Huic anniversario adduntur ii modii tritici de agro dicto das nider Bouchholtz.

8. Anno Dni. 1386 viii. Idus Julij datur ad anniversarium Illustrissimi principis Dni. Leopoldi ducis austrie et omnium peremptorum coram opido Sempaco tria frusta siliginis, et v. modii spelte, et vnum Mltr. avene de decima in Entfeld, conpertinenti Ecclesie in Sure, sic dividend: Canonicis qui visitationi, misse et vig. interfuerint et obtulerint, ix qrt. siliginis et x qrt. spelte ii mod. avene; residuum Prebendariis et Pauperibus equaliter divid. ita tamen, quod prebendarii celebrent ea die Missam pro Defunctis, et qui non celebraverint sine rationabili causa, porcio ipsorum datur Canonicis interessentibus et offerentibus. (von einer Hand aus dem xv. Jahrhundert.)

9. Waltherus dictus Roto O. in cuius anniversario dantur ix modii spelte de bono in Zezwile.

10. Anno Dni. 1419. Hac die celebretur missa pro salute vivorum Volrici Dappifferi, quondam huius Ecclesie Canonici, et dantur v. modii spelte de bonis in Gowense, emptis ab Volrico de Zetzwil.

11. *Festum Placidi et Sigiberti martirum.*
Hac die dantur quatuor panes.

Hugo Cantor Basiliensis, huius Ecclesie Canonicus O. In cuius Anniversario ex Granario Dnorum. vnum maltrum spelte Canonicis presentibus, duo modii in pane et duo modii in vino distrib.

12. Anno Dni. 1419 Johannes de Hewen O. in cuius anniversario dantur 1. mltr. spelte de bonis in Gowense, emptis ab Volrico de Zetzwil; item i. modius eque de bonis in Rikenbach; item vi. ß. de bonis in niderwil.

13. Hac die ob. Jacobus de Vilmaringen, Officiatus [1]) huius Ecclesie. In cuius anniversario dantur de bonis in Eye i. Maltrum avene et vnus porcus, pro quo debet recipi 1. libr. den. Huic anniversario additur 1 mod. tritici de bono in Gundoltzwil.

Nota, quod 1. Mltr. avene et 1. libra pro porco de bonis in Eye in futurum dari debent de Granario Dominorum.

Hac die, videlicet in Festo beati Heinrici Jmperatoris et Confessoris, ex ordinacione Magistri Heinrici de Surse, quondam Officialis Basiliensis et huius Ecclesie Canonici, dantur tres floreni de Granario Dnorum, ut predictum festum sollempniter celebretur.

15. *Divisio Apostolorum.*

Hac die ex ordinacione Mgri. Johannis Hasen datur vnum maltrum eque de duabus scoposis in Nüdorf dictis Gerungs Schupossen.

Item huic festo ex ordinacione Anne de Rogswile converse superadditur unum Maltrum eque de Scoposa in Rikkenbach, et debetur celebrari cum omni sollempnitate ut festum S. Petri et Pauli.

Anno Dni. 1332 xvii. kal. Augusti Rvodolfus de Liebegg, Prepositus Episcopalis Celle, et huius Ecclesie Canonicus O. In cuius anniversario dantur de bonis in Kvlembe ix. qrt. tritici et ix modii avene.

16. Anno 1327 Berchtoldus de Bvochein, prepositus in Rinveldon, et huius Ecclesie Canonicus O. In cuius Anniversario dantur de bonis in Niderwile iiij modii spelte et vnus porcus de v. ß;

---

[1]) Bald wird **Officialis**, bald **Officiatus** geſchrieben.

Item de bono in Elmengrin vi. modii spelte et avene; Item de bono in Ebersol xiv. qrtl, spelte et avene; Item de areis in villa Beronensi iii ß. cum quatuor denariis.

17. Bertha, vxor Arnoldi dicti Trutman O. in cuius anniversario dantur duo modii tritici de bono in Attenwile; Item de bono in Nonnewile tres modii spelte et avene; Item de bono in Langenowe vnus modius tritici.

Gertrudis, ancilla quondam Dni. Heinrici de Surse O. in cuius anniversario dantur de bonis in Mulwile ii modii spelte et vnus modius avene.

18. Margaretha, vxor Heinrici de Altwis, Officialis huius Ecclesie Ob. in cuius Anniversario datur vnum Mltr. eque de curia in Witwil. Huic anniversario post mortem Heinrici de Altwis prefati et Elizabeth filie sue superadditur adhuc vnum maltr. eque de prescripta Curia.

19. Heinricus de Kevtkon, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius Anniversario dantur de bono in Schongowe iiij modii tritici; Item de bono in phephinkon vii modii spelte.

20. Adelheidis de Swartzenbach O. in cuius anniversario datur vna libra den. de domo et area Bertschini de Swartzenbach, sitis ennvnt der Winnon.

Hac die ex ordinacione Dni. Johannis Streblin Prebendarii . . . . . . . . tres modii spelte . . . . ut festum S. Margarete festivius celebretur.

Hac die ex ordinatione Dni. Johannis Wenslinger, Prebendarii altaris Omnium Sanctorum datur vnus modius spelte de Granario Dnorum . . . . . ut festum S. Margarete festivius celebretur.

21. Vlricus de Baldewil, Sacerdos O. In cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. tria maltra spelte et avene.

Richanna de Honren, Conventualis in Eschibach, vivens constituit in remedium anime sue et

omnium benefactorum suorum vnum modium trtci. de bono dicto Spieslisgut in Pfeffikon.

22. *Festum Marie Magdalene.*

Hac die dantur tres panes.

Anno Dni. 1309 Dnus. Volricus de Ruda, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur vii. modii spelte et vii. modii avene, et vi. qrt. tritici de bonis in Zetzwile.

Hac die Anno Dni. 1365 Ob. Dnus. Johannes de Lentzburg, huius Ecclesie Canonicus. In cuius anniversario dantur vi. modii tritici de Granario Dnorum.

23. Anno Dni. 1272 Dnus. Volricus de Arburg, huius Ecclesie Canonicus Ob. in cuius Anniversario dantur de Granario Dnorum. vnum Maltrum spelte et duo maltera avene; Item de bono in Hvobon xx sol. den.; Item de Advocacia in Lvdingen x. sol den.

Cvonradus faber de Metmonstetten O. in cuius anniversario dantur duo modii tritici de bono in Zetzwil.

24. Anno Dni. 1271 Waltherus de Hochdorf, Canonicus huius Ecclesie O. in cuius Anniversario dantur de Granario Dnorum. viii. modii tritici et vi. modii spelte; Item de Prato apud Vivarium prope Beronam x. sol. den.

Volricus dictus Rasor Sacerdos O. In cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. v. modii tritici.

25. *Festum Jacobi apostoli et Christofori martyris.*

Hae die dantur tres panes.

Anno Dni. 1313 Dnus. Chuno de Rinach miles O. in cuius Anniversario dantur duo maltra spelte et avene de bonis in Swartzenbach.

Hac die datur vnum Maltrum spelte de curia Canonicali Domini Wilhelmi de Gundeldingen prope fontem, ut festum Scti. Jacobi festivius celebretur.

26. Hac die ex ordinacione Dni. Hainrici de Rynach militis Senioris, datur vnum Maltrum spelte de bono in Pfeffikon.

27. Volricus de Hugilhem, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de bonis in Sengen vi. modii tritici.
28. Anno Dni. 1404 obiit Dnus. Johannes de Schyna, huius Ecclesie Thesaurarius, in cuius anniversario dantur quinque modii spelte de Decima maiori in endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.
29. Hac die ex ordinacione Dni. Conradi Wenselinger, prebendarii Altaris S. Andree datur de bonis in Triengen vnum Maltrum spelte, ut festum S. Marthe festivius celebretur.

Anno Dni. 1415 Erhardus Zeller, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur v. modii spelte de bonis in Niderwile.

30. Hac die celebretur Missa pro salute vivorum Petri Offenburg Canonici, et dantur v modii spelte de bonis in Niderwile.
31. Anno Dni. 1274 Hesso de Rynach, Prepositus Werdensis, et huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario datur vnum Maltrum spelte de bono in Blasenberg; Item duo maltra avene de bono in Elmengrin.

**Augſtm.** 1. Anno Dni. 1283 Dyetricus de Hallewile, huius Ecclesie Prepositus O. in cuius Anniversario dantur de bono in Nüdorf vi. modii spelte; Item de bono in Armense duo Maltra Avene et i. modius tritici.

2. Hac die celebretur missa pro salute vivorum Waltheri de Hallwile, quondam huius Ecclesie Canonici, et dantur duo frusta siliginis de Decima maiori in endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.
3. *Jnventio S. Stephani.*

Hac die ex ordinatione Mgr. Petri de Thurego, huius Ecclesie Canonici, dantur de Scoposa in Ezelwile tres modii spelte Canonicis, qui primis vesperis et Misse interfuerint in pane distribuend. Adjecto, quod cuilibet prebendariorum, Cantorum, Sacristarum, pulsantium, qui similiter predictis interfuerit, detur vnus panis prebendalis; Adiecto

etiam, quod Custodi qui pro tempore fuerit, dentur duo panes pro candelis accendendis.

4. Item hac die celebretur Missa pro salute anime vivorum Petri Trechsel Sutoris, et datur 1. Mltr. spelte.

5. Anni Dni. 1392 Heinricus de Tengen, Argentinensis et huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur vnus modius tritici et x ß. de bonis in Nüdorf.

Waltherus de Honrein O. in cuius anniversario dantur. vi. modii eque mensure thuricensis, xviij. qurt. eque mensure lucernensis, de bono suo in Hochdorf, quod colit bürgi von Witwil.

6. Anno Dni. 1349 Dnus. Crafto Castoris de Thurego O. in cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. ii modii spelte in pane, et ii. Mlt. avene in vino.

Hac die obiit Dnus. Felix dictus Stuki, prepositus Constantiensis et huius Ecclesie Canonicus, in cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. i. Mlt. spelte et duo Mltr. avene.

7. *Afre Martyris.*

Hac die dantur tres panes.

Jacobus Minister de Halwile ob. In cuius anniversario dantur duo modii tritici de agris in Lentzburg.

Anno Dni. 1348 Dnus. Waltherus de Halwil natus predicti Jacobi Ministri, Canonicus huius Ecclesie O. in cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. vi. qrt. tritici.

8. Anno Dni. 1393 Obiit Cvonradus de Mundrichingen, Basiliensis et huius Ecclesie Canonicus, in cuius Anniversario dantur ii qurt. trtci. et x ß. de bonis in Nüdorf.

9. Sophya de Rinach O. in cuius anniversario datur vnum Mlt. spelte et avene de Granario Dnorum.

Anno Dni. 1334. Hac die Volricus de Rinach miles O. in cuius anniversario prebendarius Altaris

beate Marie Magdalene ministrabit decem solidos denar. de Scoposa sita in Berona.

10. *Laurentii martyris.*

Hac die dantur tres panes.

Anna, vxor Dni. Hartmanni de Ruda Militis O. in cuius anniversario dantur de bono in Rinach . . . .

11. Berhta O. in cuius anniversario datur de bono in Adilswile vnus porcus valens x sol. pro quo Cammerarius, qui pro tempore fuerit, Canonicis predicte Berhte sepulchrum visitantibus x sol. den. ministrabit. Ipse vero Cammerarius sibi predictum porcum retinebit.

Ad salutem vivorum Dni. Leonhardi de Stubey, olim huius Ecclesie Canonici, dantur de bonis in Nüdorf i Mlt. spelte et xxx ß.

12. Anno Dni. 1394 O. Petrus de Grünenberg, olim huius Ecclesie Canonicus, in cuius anniversario dantur xxx ß. et ii qrt. trtci. de bonis in Nüdorf.

13. Anno Dni. 1360 Margaretha de Rinach, quondam vxor Marquardi de Ruda militis, Obiit in vigilia assumptionis beate virginis subscripta. in cuius anniversario dantur de bono in Gowiſon novem modii spelte.

Hoc anniversarium celebrari debetur in vigilia Assumptionis.

14. In hac vigilia agatur Memoria Dni. Marquardi de Baldegge, et fiat distribucio vii. qurt. tritici de bonis in Armense.

15. *Assumptio S. Marie.*

Hac die dantur tres panes et de Cammera 1.

Hac die ex ordinatione Dni. Heinrici de Hvnaberg, Constanciensis, Thuricensis et huius Ecclesie Canonici, datur de Granario Dnorum. 1. mlt. spelte in pane.

Anno Dni. 1379 O. Heinricus de Rinach, huius Ecclesie Canonicus, in cuius anniversario dantur de bonis in Triengen vi. modii spelte et ii modii avene.

16. *Festum Theodori Sitonensis epi.*

Volricus cocus O. in cuius anniversario dantur de bono in Gunzwile duo Maltra spelte et avene, et iiij. sol. den.

Anno Dni. 1359 obiit Johannes Dapifer de Wolhusen, Canonicus huius Ecclesie. In cuius anniversario dantur de bonis in Kulme vnum Mltr. avene, v. qrt. tritici, et dimidius porcus de v ß. pro quo dantur vii et dimid. ß. Huic anniversario post mortem Burchardi filii predicti Johannis, adduntur duo modii tritici.

17. Swikerus presbiter et huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario prebendarius altaris scti. Nycolai de bonis in Togoltzwile persolvere debet Canonicis residentibus vii. sol. den. in vino, prebendariis vnum sol. Pauperibus vero duos sol. in larga dividendos.

Anno Dni. 1388 O. Hentzmannus de Büttikon Armiger, in cuius anniversario dantur duo qrtl, siliginis et 1. Mltrum avene de bonis in britnow.

18. Anno Dni. 1406 Obiit Herman dictus Wiltperg, Civis Lucernensis. In cuius Anniversario datur vnum Mltr. spelte de Granario Dnorum.

19. Anno Dni. 1431 O. Johannes Herdins de Gvndoltzwil. in cuius anniversario de prato contiguo prato prepositure Beronensis dicto an dem Brvel dantur xviii qrt. tritici.

20. Vlricus Comes O. qui hanc Ecclesiam ditavit hiis prediis: O'kein, Magaton, Stovffen, manso in Mentzikon, et prediis in Kerns; [1]) in cuius Anniversario dantur de Cellario Dnorum. xx sol. den. et vnum Maltrum spelte. Item de Area decime in Leimbach xii sol. Item xx ß. de domo sita prope Granarium Dnorum. Item de bono in Vffinkon vi. modii spelte et 1. maltrum avene in hunc modum distri-

---

[1]) Die daherige Urkunde des Grafen Ulrichs v. Lenzburg vom 9 Hornung 1036 ſteht bei Hergott. (II. 112.)

buenda: duo modii spelte Canonicis omnibus in pane, pauperibus 1. Mlt. spelte in larga, Residuum Canonicis residentibus qui vigilie, visitacioni sepulcri, Misseque interfuerint et optulerint, dividatur in vino. Adiecto, quod cuilibet prebendariorum, immo cuilibet Sacerdoti sepulcrum visitanti vnus solidus denar. donetur; Deductis etiam pro quolibet Officiatorum et Sacristarum viii. denariis; Deductis etiam duobus Solidis Scolaribus pro piris. Huic anniversario adduntur de bonis in Sura v. qrt. tritici, iii modii siliginis, et 1. Mlt. avene ex ordinacione Magistri Hermanni, prothonotarij Dominorum Ducum Avstrie, cuius et memoria specialis habeatur in Missa.

Hac die celebratur anniversarium Dni. Mathie de Büttikon, Uxoris, et filie, et dantur de bonis in Britnow vi. qrt. siliginis; item de Curia dicta die Trülleri vnus modius tritici . . . . . . . . . . . . . . . . Anno Dni. 1375.

21. Anno Dni. 1311 Arnoldus de Rinach miles O. in cuius anniversario dantur de Curia in Cvlumbe x qurt. tritici et xxvii. sol. den.

23. Anno Dni. 1313 Jacobus de Rinach miles O. In cuius anniversario dantur xiiii. qrt. tritici de bonis in Hilffinkon, et viii sol. den. de bonis in Elmengrin.

24. *Bartholomei Apostoli.*

Hac die dantur tres panes.

Ita de Swarzenbach O. in cuius Anniversario dantur de bono in Elmengrin i. mlt. spelte et avene; Item de bono in Urswil vi. modii spelte et avene.

25. Hac die celebratur missa pro salute vivorum subsequentium, scilicet Dnorum. Heinrici de Hewen, Alberti Plarer, Conradi Plarer, Francisci Offenburg dicti Tyffers, Johannis Witzig Junioris, Henrici Schwend, huius Ecclesie quondam Canonicorum, et datur vnum Maltrum spelte de decima maiori in endvelt.

26. Waltherus Sacerdos, Rector Ecclesie in Kilchberg O.

Hac die celebretur anniversarium Elyzabeth, vxoris Rvetzmanni de Rinach, nec non ipsius Rvetzmanni, et Vlrici fratris sui, et dantur de bonis in Niderwile xviiii, qrt. spelte, ii modii avene, 1. lib. den.

27. Rvodolffus pistor O. in cuius anniversario dantur duo Mlt. spelte de Granario Dnorum.

Johannes de Winnon O. In cuius anniversario dantur 1. Mltr. spelte, et ii modii avene de Granario Dnorum.

28. *Pelagii. Hermetis. Augustini episc.*

Hac die dantur de bonis in Etzelwile ii modii spelte Canonicis omnibus in pane, ut festum S. Augustini festivius celebretur ex ordinacione quondam Jacobi de Bütinkon, huius Ecclesie Thesaurarii.

Anno Dni. 1383 Ob. quondam Jacobus Wiso, Rector Ecclesie in Schöftlon, et huius Ecclesie Canonicus. In cuius anniversario dantur xxvi. ß. den. et vnum Mltr. avene de bonis in Bürron, emptis a Dno. Lütoldo de Arburg.

29. Hac die ex ordinacione Dni. Berchtoldi dicti Schönen de Thurego dantur iii modii spelte de Granario Dnorum, ut festum S. Johannis (bapt. decollat.) festivius celebretur.

30. Heinricus de Turri, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur viii sol. den. de prato in Langenowe, et duo sol. den. de agro sito prope villam Beronensem in loco qui dicitur ze dem Eichholtz. Prebendariis Altarium S. Marie, S. Mauricij, S. Johannis, Omnium Sanctorum, S. Catherine, et S. Nycolai duo sol. ministrentur; vnus vero sol. inter lectores Evangelii et Epistole, nec non Sacristas equaliter dividatur.

31. Hac die celebrari ordinavit anniversarium suum Dnus. Petrus de Vtzingen de Lucerna, prebendarius Altaris S. Thome apostoli siti in hac Ecclesia Beronensi, et datur 1 libra Hallens. de Curia in Hochdorf dicta bischoffs hoff, quam pro nunc possident Vlricus kym et Zezilia zu der eich uxor eius.

Hac die celebretur etiam Missa pro salute vivorum dni. Wilhelmi de Gundeltingen, Canonici huius Ecclesie; Et datur vnus modius tritici de horreo et area sua, nec non orto retro aream eandem, ab vna parte contiguis viculo vulgariter dicto das klein gässli gegen der Winen zu Custers Zuber, ex alia vero parte domui et orto Vlrici Wylers continuis, adiecta tamen conditione illa, quod post obitum ipsius dni. Wilhelmi celebretur anniversarius sui dies omniumque parentum et antecessorum suorum, pro quo addantur quecunque de anno sui gratie provenire poterunt.

**Herbſtm.** 1. Hac die ex ordinacione Dni. Berchtoldi dicti Schönen de Thurego, quondam huius Ecclesie Canonici, dantur iii modii spelte de granario Dnorum, vt festum S. Verene festivius celebretur.

2. Hac die celebretur anniversarium Heinrici Ribin, huius Ecclesie Canonici, et olim Rectoris Ecclesie in Schintznach, et Johannis Ribin patris sui, et Katherine matris sue, fratrum, sororumque suorum, et Mechtildis incluse in rotenburg. In quorum anniversario dantur de bono dicto in dem Wallendenwag vi. modii avene. Huic anniversario adduntur ii modii spelte et x ß. de bonis in Nüdorf de anno gratie prefati Heinrici Ribin.

3. Nycolaus dictus de Fonte, Officialis huius Ecclesie O. in cuius anniversario dantur de bono in Grenichon x qrt tritici cum duobus modiis avene.

Hodie celebratur Anniversarium Dni. Vlrici Wolff, Ecclesie Werdensis Canonicus, et huius Ecclesie capellanns, nec non patris et matris atque fratrum suorum, et dantur decem qrt. tritici de domo area et orto Johannis Strichers, sitis in Berona, et quatuor qrt. tritici de bono quodam in Nüdorf empto per predictum Dn. Vlricum a Johanne Menteler et Margaretha uxore eius, quod nunc colit Erne Sendler.

4. Johannes de Ratolzdorf, huius Ecclesie Canonicus

O. in cuius anniversario dantur vi. modii spelte et avene de bono in Hochdorf.

5. Conversa Elizabeth, famula Dni. Dyethelmi prebendarii Capelle S. Nicolai Ob. in cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. x quartalia spelte et x qr. avene.

6. Anno Dni. 1412 O. Dnus. Burkardus de Stouffen, Basiliensis et quondam huius Ecclesiarum Canonicus. In cuius anniversario dantur duo frusta siliginis de decima maiori in endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.

7. Hic etiam agatur memoria Dni. Marquardi de Baldegge militis; et fiat distribucio vii. qrt. tritici de bonis in Armense.

8. *Nativitas B. Marie.*

Hac die dantur tres panes, et de Cammera 1.

Mechthildis de Zuge O. in cuius anniversario dantur de bono in Rykenbach v. modii spelte.

Hac die ex ordinatione Dni. Heinrici de Hvnaberg, Constanciensis, Thuricensis, et huius Ecclesie Canonici, datur de Granario Dnorum. 1. Mlt. spelte in pane Canonicis qui primis vesperis, processioni et Misse interfuerint et obtulerint; Ita tamen, quod cuilibet prebendariorum cedat vnus panis prebendalis.

9. Anuo Dni. 1398 O. Magister Cvonradus Schappel, quondam huius Ecclesie Canonicus. In cuius anniversario dantur duo frusta siliginis de decima maiori in Endvelt, compertinenti Ecclesie in Sure.

Hac die Hermannus de Hallis, Canonicus et Cantor Ecclesie S. Petri Basiliensis O. in cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. iiii modii tritici.

10. Burchardus, Plebanus in Baldewile O. in cuius Anniversario dantur de Granario Dnorum. tria mltr. spelte.

Anno Dni. 1349 O. Volricus de Kyenberg, huius Ecclesie Canonicus, in cuius anniversario

dantur iij modii spelte, et ii modii avene, et ii et dimid. ß. de Scoposa in Nüdorf.

11. Hac die ex ordinacione Dni. Kraftonis Castoris de Thurego dantur de Granario Dnorum. 1. Mltr. spelte, ut hoc Sanctorum (Prothi. Jacincti. Felicis et Regule) festum festivius celebretur.

12. Anno Dni. 1313 Dnus. Volricus de Landenberg, huius Ecclesie Prepositus O. in cuius anniversario dantur de bono in Reitenowe iiij modii tritici. Sciendum, quod feria tertia proxima ante Angariam Crucis autvmpni, datur vnus florenus cum quarta parte floreni de Granario Dominorum ad anniversarium subsequencium: videlicet Anne de Küssenberg, patrisque et matris eius, nec non Hermanni Wiltpergs, et Wernheri de Küssenberg.

13. Berchtoldus et Chvno fratres de Jegisdorf O. In quorum anniversario dantur de bono in Wernlingen xii ß. cum vi. denariis.

Jacobus de Scafusa Sacerdos O. in cuius anniversario dantur viii ß. den. de Silva que sita est in monte prope Schenkon, de quibus dantur ii ß. pauperibus in larga. Residuum pauperibus tribuatur.

Anno Dni. 1360 Ob. Rudolfus de Ypikon, prebendarius huius Ecclesie. In cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. ij Mltr. spelte.

14. *Exaltacio S. Crucis. Cornelii et Cipriani.*

Hac die dantur tres panes.

Anno Dni. 1322 Rvodegerus de Bvttensultz, Rector Ecclesie in Grenichon, et huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de bonis in Zezwile vii modii tritici minus vno qrto. et vnum maltrum avene.

15. Anno Dni. 1302 Dnus. Arnoldus de Rinach, Thesaurarius huius Ecclesie obiit. in cuius anniversario dantur de bono in Elmengrin duo malt. spelte et avene.

Adelheidis de Altwis, et Ita filia eius obierunt, in quarum anniversario dantur iij. qrt. tritici de domo sita in medio ville Beronensis, an der Schala.

16. Anno Dni. 1335 Albertus de Weidhoven, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de bonis in Grenchon ii qrt. trtci. et iii modii avene; Item de bonis in Sura vii qrt. tritici et iij modii siligin. et i. maltr. avene.

Hic, videlicet feria quarta (quatuor temporum) post exaltationem S. Crucis agatur memoria quondam Dni. Jacobi de Rinach, huius Ecclesie prepositi, et dantur de Granario Dnorum. ii modii trtci.

17. Volricus dictus herwig O. in cuius anniversario dantur de bono in Goewense ix modii spelte et avene, et tres sol. den. Statuit etiam Ita, relicta Volrici, ut ipsius anniversarium ipsa defuncta hoc in loco de dictis redditibus salubriter celebretur.

Dominus Ruodolfus Textoris, prebendarius Omnium Sanctorum O. in cuius Anniversario dantur iiii ß. propter Censum Cellarii de area et Gazali, sitis inter areas Jacobi de vilmeringen et Waltheri de Altwis.

18. Anno Dni. 1408 O. Dnus. Johannes Witzzig, huius ac Zofingensis Ecclesiarum Canonicus, rector Ecclesie in obernwinterthur. In cuius anniversario dantur duo frusta siliginis de decima maiori in Endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.

Hac die fiet memoria Dominorum Johannis witzig senioris, et Johannis Witzig patrui eius, olim huius Ecclesie Canonicorum, et dedit prefatus Dnus. Johannes Witzig senior eidem Ecclesie quemdam librum, continentem hyemalem et estivalem partes horarum canonicalium; in hunc modum, quod idem liber alligari debet publice Kathena ferrea ad eiusdem Ecclesie chorum cum aliis libris ibidem alligatis communitati serviendis.

19. Anno Dni. 1311 Dnus. Hermannus de Landenberg, Thesaurarius huius Ecclesie O. in cuius Anniversario dantur duo maltr. spelte et avene de bono ze dem wile apud Saffaton; Item de Granario Dnorum. duo mltr. spelte et vnus modius tritici; Item de prato juxta vivarium xxiii. sol. den.

Hac die O. Dnus. Johannes Oeschinger, Decanus in Hochdorf. in cuius anniversario dantur x viij qurtlia. spelte de prato dicto das himelrich.

20. Waltherus de Surse, Officialis huius Ecclesie O. in cuius anniversario dantur de bonis in Gvndoltzwile, et de bono ze dem Geishuse x qrt. tritici et iiii sol. den.

Diethelmus de Velthem, prebendarius altaris S. Nicolai O. in cuius anniversario dantur vi. qrtl. spelte et avene de bono in Wolffhartzwile, et vnus modius spelte et avene de bono in Ludingen, et v. sol. den. de area et domo altaris S. Marie, siti in Ecclesia Beronensi, quos dat Cappellanus iam dicti Altaris, qui pro tempore fuerit.

21. *Mathei Apostoli.*

Hac die dantur tres panes.

22. *Mauricii et Sociorum eius.*

Hac die dantur tres panes.

Anno Dni. 1343 Volricus de Seberg, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de Huoba in Ebersol vi. malt. cum ii. qrt. spelte et avene; Item de bono in Rvodinkon x qrt. spelte et avene; Item de bono in Witwile ii modii spelte et avene; Item de bonis in Mulwile viii qrtl. spelte et avene cum x ß. Item de Cellario Dnorum x ß.

23. Anno Dni. 1384 O. Heinricus Vnger, Curiensis et huius Ecclesie Canonicus. in cuius anniversario dantur ii modii spelte et 1. libra denar. de bonis in Nüdorf.

24. Johannes Martin, plebanus in Richendal O. in cuius anniversario datur vnum frustum siliginis de decima maiori in Endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.

25. Anno Dni. 1329 Berchtoldus de Wessenberg, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de bonis in Kvlembe ix qrt. tritici, et septem modii avene.

Anno Dni. 1360 O. Dnus. Johannes de Baldegg, sacerdos, huius Ecclesie Canonicus.

26. Anno Dni. 1360 O. Dnus. Johannes de Tegervelt, huius Ecclesie Canonicus.

Anno Dni. 1411 O. Johannes Buosinger, huius Ecclesie Canonicus. in cuius Anniversario dantur duo frusta Siliginis de decima maiori in endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.

27. Conversa Mechthildis enend der Winen, dicta Meigrin, obiit. In cuius anniversario datur I. modius tritici de bonis in Esche. Item decima de agris in Baldegg, dictis zuo der langen Matten; quotquot poterint provenire de decima predicta, debent dividi sicut ille modius tritici.

28. Anno Dni. 1272 Rvodolffus de Vroburg, huius Ecclesie prepositus O. in cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. duo maltera spelte et avene.

Johannes de Werde, prebendarius in Swartzenbach O. In cuius anniversario dantur de bonis in Grenkon v. modii avene.

29. *Michahelis Archangeli.*

Hac die dantur quatuor panes, et de Cammera 1.

Hac die celebretur Missa pro salute vivorum Dni. Bertholdi Mayster, Magistri Coque Domini Fryderici ducis Austrie, et quondam huius Ecclesie Canonici, et dantur v. modii spelte de decima maiori in Endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sur.

30. *Jeronimi presbiteri;* huius festum in crastinum transferatur.

Hac die dantur quatuor panes.

Hac die, videlicet in festo Dedicacionis, statutum est de communi consensu Dni. Jacobi de Rinach, prepositi et Capituli Ecclesie Beronensis, quod de Granario Dnorum. detur vnum maltr. spelte Canonicis et prebendariis, qui primis vesperis, processioni (neuere Hand) et misse interfuerint, in pane, ita tamen, quod cuilibet prebendario cedat 1. panis curialis.

Noverit presentium etas, subsequenciumque futura posteritas, quod Anno Dni. 1412 in Generali

Capitulo rationis Andree de concordi consensu honorabilium Dni. Thuringi de Arburg prepositi et totius Capituli Ecclesie Beronensis, Ego Petrus de Melsack, eiusdem et Lutembacensis Ecclesiarum Canonicus, ad singulare S. Michaelis Archangeli preconium ordinavi, quod singulis diebus per circulum anni in matutina hora ante Jnvitatorium cantetur antyphona *Archangele Dei etc.*, et dantur vi. qurtl. tritici, in hunc modum distribuenda: Singulis videlicet quatuor temporum sextis feriis et vtraque Sancti Michaelis festivitate 1. quartl. tritici Canonicis et prebendariis, qui matutinali officio interfuerint, equaliter distribuendum.

**Weinm.** 1. *Remigii episcopi.*

Hac die dantur tres panes de festo S. Jheronimi.

2. *Leodegarii episcopi et martiris.*

Dnus. Nicolaus, prebendarius in Swartzenbach O. in cuius anniversario dantur vi. qrt. avene de bonis in Werlingen prebendariis.

Hac die ex ordinacione Dni. Johannis trullerey, prepositi Ecclesie Werdensis, et olim huius Ecclesie Canonici, datur vnum Mltrum. spelte de scoposa in kulmerow, Canonicis qui primis vesperis et misse interfuerint ac obtulerint in pane; deducto pro quolibet prebendario et Custodi reliquias exponenti vno pane prebendali, ut festum S. Leodegarii festive celebretur. Anno domini 1436.

3. Petronella, vxor Dni. Volrici de Rinach O. in cuius anniversario dantur de bonis in Swarzzenbach duo maltra spelte et avene.

4. *Francissi confessoris.*

Agnesa, vxor Rvodolffi de Jberg O. in cuius anniversario dantur de bonis in Zezwile duo modii trtci.

Anno Dni. 1360 O. Domina Elysabeth de Trostberg, vxor Dni. Mathie de Bvttikon militis. (iſt durchgeſtrichen.)

Hac die, videlicet in die Francissi, dantur iii.

modii spelte de bono in Nidern Adelschwil, vt festum hoc tanto festivius celebretur.

5. Rvodolffus dictus Oettenberg O. In cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. vi modii spelte.

6. Vlricus Huebli de Berona laycus O. In cuius anniversario dantur v. modii spelte de bono dicto in dem Vallenden wag sito prope Meigenberg.

8. Anno Dni. 1333 Volricus de Ruda, huius Ecclesie Canonicus O. In cuius anniversario dantur de Curia in Armense vi. modii trtci. Johannes de Baar Sacerdos O. in cuius anniversario datur vnus modius trtci. de Granario Dnorum.

9. Anno Dni. 1383 Ob. Margaretha de Rinach, et Verena de Bukein soror eius, filia Petri dapiferi de Wolhusen militis. In quarum anniversario dantur de bono in Ermense, quod colit Jenuinus Kraft, duo maltra avene.

10. *Gereonis et Sociorum eius.*

Anno Dni. 1360 O. Margareta Herwigin, in cuius anniversario dantur duo Mltr. spelte de Granario Dnorum.

Hac die celebratur Missa pro Salute vivorum Johannis Huobers, huius Ecclesie pistoris, et Margarete vxoris sue, suorumque antecessorum; Ita tamen, quod post obitum ipsorum anniversarium celebretur, et datur vnum Mltr. spelte de Granario Dnorum.

11. Hemma vxor pistoris O. in cuius Anniversario dantur duo Maltra spelte de Granario Dnorum.

12. Anno Dni. 1309 Dnus. Volricus miles de Rinach Junior O. in cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. tres modii spelte et vnum Mlt. avene.

13. Dyetricus faber de Mettmonstetten O. in cuius anniversario datur vnus modius trtci. de bonis in Nidrenkrumbach.

Hvgo dictus Rasor, prebendarius altaris S. Johannis O. in cuius anniversario dantur de bono in Nüdorf ix qurt. spelte et ix qurtl. avene.

14. Anno Dni. 1360 O. Dnus. Nicolaus Hälinger Sacerdos, huius Ecclesie Canonicus, in cuius anniversario dantur ii. modii trtci. de Domo Dni. Volrici Phungonis; Item de Granario Dnorum. decem qrtl. trtci. Magr. Johannes Has, Scolasticus huius Ecclesie, et Elizabeth vxor sua O. in quorum anniversario datur vnum Mltr. eque de duabus Scoposis in Nüdorf dictis Gervngs Schvopossen.

15. Anno Dni. 1301 Dnus. Johannes de Liele, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de bono in Reitenowe iiii. modii trtci. Item de Cellario Dnorum. xv. sol. den.

Johannes de Blatzhein O. in cuius anniversario datur de bono in Wetzwil vnum maltr. spelte. Item de bono in Be. iii sol. den. Item Prebendarius S. Katherine ministrabit vnum sol. den.

16. *Galli abbatis.*

Hac die dantur tres panes, et de Cammera 1.

17. Hartmannus de Stovffen, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de Decima in Leimbach duo maltra spelte et avene.

18. *Luce Ewangeliste.*

Hac die in primis vesperis et in Missa accendende sunt Candele super Coronam, que est in Choro, ex ordinacione Wernheri de Liebegge, et solvitur ad hoc vnus sol. den. de prato in Snartwil et de agro sub castro Liebegge, quorum duorum proprietatem ipse Wernherus dedit Ecclesie et ipse ea recepit in Emphytheosim.

Hac die ex ordinacione Dni. Rvdolffi Comitis de Habspurg, quondam huius Ecclesie Canonici, dantur de Granario Dnorum. iii modii spelte in pane, vt hoc festum sollempnius celebretur.

19. Wernherus Pincerna O. in cuius anniversario datur i. qurt. tritici de bono in Swarcenbach, prebendariis sepulcrum ipsius visitantibus in vino distribuendum.

Anno Dni. 1343 obiit Dna. Margareta de bein-

wil, vxor Dni. Johannis Dapiferi de Wolhusen militis, in cuius anniversario dantur de bonis in Kulme duo modii avene, vnus modius tritici, et dimidius porcus de v ß. pro quo dantur vii et dimid. ß. Huic anniversario adduntur ii modii tritici de bonis predictis.

20. Anno Dni. 1419 Obiit Ymerius Höri, huius Ecclesie Canonicus, in cuius anniversario dantur v. modi spelte et vi. qrt. avene de bonis in Niderwil.

21. *Vndecim millium Virginum.*

Hac die dantur tres panes.

22. Dictus Trutman et Agnes vxor sua O. in quorum anniversario dantur de bonis in Kvlumbrovw v. modii spelte et v. modii avene. Item de bono in Kvttingen dantur v. sol. den. inter prebendarios distribuendi.

23. Hemma de Sempach O. in cuius anniversario dantur de bono in Elmengrin vi. qrtl. spelte et vi. qr. avene. Item de agro in Berona, quem colit Heinricus dictus Bischof, duo qrt. trtci.

Anno Dni. 1426 O. Rvdgerus Pfvng, preco huius Ecclesie, et Ursula de Balwil vxor sua. in quorum anniversario dantur vi. modii avene de bonis in Govwense.

24. Andreas Vendo, Pincerna huius Ecclesie O. in cuius anniversario Ita de Tannen vxor sua statuit duos modios tritici dare de Granario Dnorum.

25. Anno Dni. 1407 O. Dnus. Volricus Pfungo, huius Ecclesie Canonicus, In cuius anniversario dantur duo frusta siliginis de decima maiori in Endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.

26. Heinricus, Canonicus et Custos O. in cuius anniversario dantur tria Mltr. spelte et avene de Cellario Dnorum.

Berhta, vxor Burchardi Pincerni O. in cuius anniversario dantur de bonis in Armense duo modii tritici.

27. Anno Dni. 1352 O. Dnus. Jacobus de Rynach,

dictus de Eggenheim, quondam huius Ecclesie Canonicus. In cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. i maltra avene.

28. *Simonis et Jude apostolorum.*

Hac die dantur tres panes.

Hemma de Virikon O. in cuius anniversario dantur de bono in Armense v. qrt. trtci. et iiij sol. den. de area in Hochdorf.

29. Wernherus de Triengen, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de Granario Dominorum duo Maltera spelte et Avene.

Anno Dni. 1456 Johannes Gartner, huius Ecclesie quondam Cocus O. ex cuius ordinacione hac die ad anniversarium ipsius, Anne Sederin vxoris sue, et utrivsque progenitorum, antecessorum, consanguineorum, ac singulorum suorum benefactorum, Prebendarius Altaris Omnium Sanctorum dat de superiori Curia in Wittwil novem modii eque; Ita tamen videlicet et tali condicione, quod vigilia in memorata Ecclesia coram, et Missa in eodem Omnium Sanctorum altari decantetur; sacriste 1 ß.

Hac die celebretur Missa pro salute vivorum et dantur de bonis Esche xiiii qrt. tritici. Hec bona proveniunt de Anno gratie Mgri. Berchtoldi Tütel, et celebretur in vigilia Simonis et Jude.

30. Cvonradus dictus Spilmann, et Ita vxor sua O. in quorum anniversario dantur de bono in Richartzwile xviii. qrt. spelte, vnum Mltr. avene, et quinque sol. den. cum dimidio. Item de bono in Armense vnus modius trtci. Prebendariis huius Ecclesie fideliter erogetur.

Hac die celebretur Missa pro salute vivorum in memoriam Anne Sederin relicte ipsius Johannis Gartneri, et datur vnus florenus de Granario Dnorum. De porcione pauperum 1 ß. cedit plebano inferioris Ecclesie, ut sue et Agnetis Sederin sororis sue in littera ebdomali perpetuam habeat memoriam, et

post obitum anniversarius suus et omnium antecessorum suorum celebretur dies.

31. Anno Dni. 1374 Ob. Domina Adelheidis de Rynach, dicta de Somenswald. In cuius anniversario dantur pro se et pro Berchtholdo de Rynach fratre suo vii. qrt. tritici. de bonis in Esche; Item in Zetzwil iii. qurt. tritici; Item in Gvndoltzwile vi. qrt. tritici.

Wintern. 1. *Festivitas omnium Sanctorum.*

Hac die dantur tres panes.

Hac die festivitatis Omnium Sanctorum ex ordinacione Dni. Johannis Teller, Decani in Hochdorff, et huius Ecclesie Canonici, datur vnus florenus de Granario Dnorum, in honorem S. Trinitatis et omnium sanctorum; Ita tamen, quod memoria ipsius Dni. Johannis Teller, antecessorum, successorum et benefactorum suorum habeatur, eciam ut eadem die ante processionem misse cantetur vna antiphona cum collecta de Trinitate sancta.

Hac die celebretur Missa pro salute vivorum Mgri. Jodoci Schvry, Officialis Curie Basiliensis, et huius quondam Ecclesiarum Canonici, et dantur duo frusta siliginis de decima maiori in Endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.

2. *Commemoracio fidelium Animarum.*

Hac die dantur de Granario Dnorum. duo Mlt. spelte et avene; Item de Domo Hessonis prepositi quondam Werdensis viii. sol. den.

3. Hvgo dictus de Turri, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario datur vnus modius tritici de bono in Schongow; Item de bono in Syengen vi. qrt. tritici.

Johannes de Baldewile, Prebendarius S. Petri, et Katherina de Baldwil, matertera sua, et Katherina de Vrswile, mater sua, et H. scolaris Consanguineus suus O. in quorum anniversario dantur de Granario Dnorum. duo Maltr. spelte et avene.

5. Hic agatur memoria Magistri Marquardi dicti Gnvr-

scher de Thurego, et dantur xviii sol. den. de areis an dem Brvele, Deductis prius ix den. pro Custodia. Item de bono in Syengen dantur x. qrt. trtci. Item de Granario Dnorum. duo Mltr. spelte.

Jacobus dictus Moch Carpentator Ob. in cuius anniversario datur vnus modius tritici de Granario Dominorum.

6. Anno Dni. 1405 Ob. Mgr. Volricus Burgovwer, arcium professor, ac sacre theologie Baccalavreus, huius Ecclesie Canonicus. In cuius anniversario dantur v modii spelte de decima maiori in Endvelten, conpertinenti Ecclesie in Sure.

9. Bertha, mater Dni. Dyethelmi Rectoris Ecclesie in Obrenkilch O. in cuius anniversario dantur duo modii tritici de Granario Dominorum.

10. Berhtoldus Cementarius de Surse O. in cuius anniversario prebendarius altaris S. Johannis ministrabit duos solidos den. de quibusdam agris in Nüdorf, Pauperibus in larga distribuendos.

Hac die agatur memoria Dni. Volrici de Seberg, huius Ecclesie Canonici, et distribuantur de Granario Dnorum. iiij modii trtci. Jtem iiii ß. den. debet Prebendarius altaris S. Martini, qui pro tempore fuerit, de domo sito am Brvele inter Prebendarios divid.

Notandum, quod in vigilia S. Martini agenda est memoria Johannis Dapiferi de Wolhusen, secundum formam superius expressam vij. kal. Aprilis.

11. *Martini Episcopi.*

Hac die dantur tres panes.

Nota, quod de communi consensu Dni. Jacobi de Rinach prepositi et Capituli Ecclesie Beronensis statutum est, quod hoc festum celebretur cum omni solempnitate ad omnes horas, immo eciam per Octavam sicut consuetum est in Festo S. Michaelis. Et datur vnum Mltr. spelte de Granario Dominorum Canonicis et prebendariis, qui in primis vesperis et in Missa fuerint, in pane, ita quod cuilibet pre-

bendario cedat vnus panis. Datur et hoc die cuilibet Canonicorum et prebendariorum, qui predictis interfuerint, vnus stovfus vini ex Cellario Dnorum. detur et de predicta spelta vtrique sacristc vnus panis.

Anno Dni. 1372 O. Dnus. Berchtoldus Rönner, Canonicus huius Ecclesie. In cuius anniversario dantur xiiii qrt. trtci. de bono in Gvndoltzwil.

Anno Dni. 1382 videlicet in die S. Martini O. Heinricus Richmer de Nüdorf presbiter, in cuius anniversario dantur xx sol. den. de bonis dictis Hospental, situatis in Triengen.

12. Chvonradus Saltzman et Berchta vxor sua O. in quorum anniversario dantur de Scoposa in Kvlembe tres modii tritici, de quibus duo quartalia dantur ad lumen altaris S. Johannis Evangeliste et Johannis Baptiste.

13. Verena Schriberin, famula quondam Dni. Hartmanni de Seconis, Rectoris Ecclesie in bvrren O. in cuius anniversario dantur vii. modii et ii. qurt. spelte de decima maiori in Endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.

15. Anno Dni. 1308 Marquardus de Rvoda, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de bonis in Zezwil vii. modii spelte et vii. modii avene, et vi. qurtl. tritici.

19. *Elizabeth Lantgravie.*

Hac die ex Ordinacione Dni. Heinrici de Rinach, huius Ecclesie Canonici, dantur de bono in Syengen tres modii tritici. Item de bono in Baldegge xv. qurt. spelte et vii. qrt. avene.

20. Petrus Dappifer de Wolhusen miles, et angnesa de Heidegg vxor eius O. in quorum anniversario dantur v. modii spelte et avene mensure Lucernensis de bonis in Eggerswile.

21. Hac die celebretur Missa pro salute vivorum Dni. Hermanni de Liebegg, olim huius Ecclesie Canonici, et dantur vnum Maltrum spelte et 1. libra den. de bonis in Nüdorf.

22. *Cecilie Virginis.*

Hac die ex Ordinacione Dni. Volrici de Richental, huius Ecclesie Canonici, dantur de agris in Berona, quos colit Rvedgerus de Hentschikon, v. modii spelte Canonicis, qui primis vesperis et misse interfuerint, in pane distribuitur. Adiecto quoque cuilibet Prebendariorum et Sacerdotum, quorumcunque ministrorum altaris, Sacristarum, pulsancium, et Cantorum detur vnus panis prebendalis. Adiecto eciam quod Custodi, qui pro tempore fuerit, dentur tot panes quot haberi debet ad accendendum candelas, que portantur ante Ewangelium, quod relinquatur sue consciencie.

23. Anno Dni. 1369 O. Dnus. Heinricus de hünaberg, huius Ecclesie Canonicus. In cuius anniversario dantur de bonis in Winikon vnum Mltr. spelte et ii modii avene. Item de alio bono in Winikon dicto Boppengut, vnus modius spelte.

24. Wernherus presbiter O. et Heinricus Scolaris de Zuge. in quorum anniversario dantur de Granario Dnorum. duo Maltra spelte et avene.

Hic agatur memoria Dyethelmi de Eichiberg, prebendarii huius Ecclesie, et fiat distribucio duorum modiorum tritici de bono in Lvtwil.

Hac eciam die agatur memoria Marquardi de Baldegga, et fiat distribucio vi. modiorum tritici de duabus Scoposis in villa Nidern Rinach, et duorum modiorum avene de bonis in Niderwile.

25. *Katherine virginis.*

Hac die dantur tres panes.

Hac die O. Dna. Vrsula dicta Münchin, Relicta quondam Dni. Johannis de Büttikon dicti Hofmeister militis. In cuius anniversario dantur de bonis in Schötz xxxi ß. den. iiii mltr. spelte et 1. Mltr. avene cum vi. qrt.

26. *Cvonradi Episcopi.*

Hac die dantur tres panes.

Hac die O. Volricus Burkartz, dictus Schussler.

In cuius anniversario dantur de bono in Rikenbach xiv. qrt. avene et v. ß. den.

Anno Dni. 1403 O. Dnus. Hermannus Pfung, Canonicus huius Ecclesie. In cuius anniversario datur vnus modius tritici de Domo et areis contiguis Dni. Johannis Wenslingers, prebendarii omnium Sanctorum. Item de dote Ecclesie in Rikenbach dantur ii et dimid lib. den.

27. Hic agatur memoria Dni. Jacobi de Rinach militis, et dantur de bono in Syengen v. qrt. trtci. Huic memorie adduntur ii. mltr. avene de bono in Phephinkon.

Anno Dni. 1360 O. Dnus. Johannes de Büttikon, prepositus Zovingensis et huius Ecclesie Canonicus. in cuius Anniversario dantur de Granario Dnorum. vi. qrt. trtci. et ii. Mlt. avene.

28. Arnoldus dictus Trutman, Officiatus huius Ecclesie O. in cuius Anniversario dantur de bono in Gvntzwil vii. modii spelte et vii modii avene. Unus sol. annuatim de predicto bono Altari beati Nycolai census nomine est solvendus. Preterea dantur de bono in Gvndoltzwile vii qrt. trtci.

29. Hac die celebretur Missa pro salute vivorum Dni. Heinrici de Randegg, Constantiensis Ecclesie prepositi, et huius Ecclesie quondam Canonici, et dantur duo frusta siliginis de decima maiori in Endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.

30. *Andree Apostoli.*

Hac die dantur tres panes et de Cammera 1.

Rudolfus Bitterkrut, huius Ecclesie Canonicus O. In cuius anniversario dantur de dote in Rykenbach vii modii et ii qrt. spelte.

Celebranda in vigilia S. Andree apli. Missa pro salute vivorum Dni. Vodalrici Dappiferi de Rinfelden, Cantoris maioris Ecclesie Basiliensis, et huius Ecclesie olim Canonici, et dantur vnum Mltr. avene de annuis censibus quos dat villa Beronensis de certis bonis, videlicet Winholtz et aliis bonis

ibidem, et vnum frustum Siliginis de decima maiori in Endvelt.

Chriſtm. 1. Hac die celebratur Missa pro salute vivorum Dni. Johannis Hvntpis, olim huius Ecclesie Canonici, et dantur de bonis in Triengen iii modii spelte et vnum Mltr. avene, et v ß. den.

Hac die celebratur Anniversarium Waltheri de Mundrachingen, et Jvdenthe vxoris eius, nec non liberorum eorum, et datur vna libra denar. de bono in Birwil, quod colit dicta Grefin.

2. Berhta vetula de Adilswile O. in cuius anniversario dantur de scoposa in Adilswile vi. modii spelte et avene.

Anno Dni 1422. Hac die celebratur missa pro salute vivorum Dni. Heinrici Bürrer, olim huius Ecclesie Canonici, Et dantur xviii. qrtl. spelte et i. modius avene de bonis in Niderwil.

3. Anno Dni. 1347 O. Dietricus Sartoris, huius Ecclesie Canonicus. In cuius anniversario dantur de scoposa sita in Grenkon vi. qurt. tritici. vi. qrt. siliginis, et ii modii avene; Item de bono in Urswile 1. mltr. spelte et avene; item de Cellario Dominorum 1 Mltr. spelte et avene.

Huic anniversario additur de agris in der Kalchrun 1. mlt. avene; Item de bono in Ebersol vi. qrtl. spelte.

4. *Barbare virginis.*

Anno Dni. 1362 ob. Dnus. Goetfridus de Rinach miles. In cuius anniversario dantur de bono in Gvndoltzwile xv. qrt. tritci.

Item hac die ex ordinacione Volrici Dappiferi, Cantoris maioris Ecclesie Basiliensis, et quondam huius Ecclesie Canonici, datur vnus florenus cum vna quarta parte floreni de Granario Dnorum, inter Canonicos et prebendarios, qui primis vesperis et misse interfuerint et obtulerint sic dividend., quod duo prebendarii recipiant tantum quantum vnus Canonicus; deductis pro Dno. Custode vno sol. et vtroque Cantorum vi. denariis indutorum Cappa.

Hac die ex ordinacione Dni. Rvdolfi Segenser, huius Ecclesie Canonici, datur vnum Mlt. spelte Canonicis, qui primis vesperis et Misse interfuerint et obtulerint in pane dividend; Deducto pro quolibet prebendario, qui predictis interfuerit, vno pane prebendali, deducto eciam vno solido den. pro Organista, ut hoc festum sollempnius celebretur.

5. Hemma de Buochs O. in cuius anniversario dantur de agris sitis prope Oppidum Sempach in loco qui dicitur Bossenzinbren, vi sol. denar. inter Canonicos presentes distribuendos.

Johannes Weibel de Berona, Minister huius Ecclesie, et Margaretha Hoerin uxor eius O. in quorum anniversario dantur duo frusta siliginis de decima maiori in Endvelt.

6. *Nicholai Episcopi.*

Hac die dantur tres panes.

Anno Dni. 1367 O. Dnus. Volricus divitis, prepositus Ecclesie Solodorensis, et huius Ecclesie Canonicus. In cuius anniversario dantur de bonis in Niderwile vi. modii spelte et vnum Mltrum avene. Item de bonis in Gvntzwil vi. modii spelte.

7. *Octava S. Andree.*

Hic agatur memoria Dni. Arnoldi de Rinach militis, et fiat distribucio vii. qrt. trtci. proveniencium de bono in Cvlumbe.

Item hac die octave beati Andree ex ordinacione Dni. Volrici Dappiferi, Cantoris maioris Ecclesie Basiliensis, et quondam huius Ecclesie Canonici, datur de Granario Dnorum vnus florenus cum quarta parte floreni inter Canonicos et prebendarios, qui primis vesperis et Misse interfuerint et obtulerint, distribuend; sic, quod vnus Canonicus recipiat tantum, quantum duo prebendarii, Deductis etiam pro Dno. Custode vno solido, et utrique Cantorum cappa indutorum vi. den. ut Octava S. Andree festive celebretur.

8. *Conceptio B. Marie.*

Hac die dantur tres panes.

Heinricus de Surse, Prebendarius huius Ecclesie O. in cuius anniversario dantur de bono in Gvndoltzwile et de bono ze dem Geishuse xi. qrt. trtci. et iiii sol. den.

Anno Dni. 1360 Dnus. Heinricus de Hünaberg, Constantiensis, Churiensis et huius Ecclesie Canonicus ordinavit, quod singulis diebus per circulum anni post conpletorium immediate cantetur vna antiphona de beata Virgine Maria cum collecta, et ut hoc ita fiat, predictus Dnus. Heinricus Canonicus de Granario Dnorum. v. Maltra spelte ordinavit distribuenda in hunc modum, quod in quinque festivitatibus gloriose virginis Marie, scilicet concepcionis, nativitatis, annunciacionis, purificacionis et Assumpcionis Canonicis, qui primis vesperis, processioni et Misse interfuerint et obtulerint, detur 1. Mltr. spelte in pane; ita tamen quod ante omnia cuilibet prebendariorum detur vnus panis prebendalis.

9. Hermannus de Landenberg Marschalkus O. in cuius anniversario dantur de bono in hiltbrechtingen x modii spelte et avene.

Heinricus Dapifer de Rinfelden, Canonicus huius Ecclesie O. in cuius anniversario dantur de dote in Rykenbach vii. modii et ii qrt spelte.

10. Hac die celebratur Missa pro salute vivorum Pauli de Melsach, olim huius Ecclesie Canonici, et dantur de dote in Rykenbach ii modii et ii. qrt. spelte. Huic anniversario adduntur i. libra, iiii ß. etiam de dote in Rikenbach. Idem ordinavit triginta duos florenos post obitum suum per heredes eius dari ad vsus fabrice huius Ecclesie fideliter convertendos.

11. Ita, vxor Rvodolffi dicti Wala O. in cuius anniversario dantur de bono in Nüdorf duo modii spelte et avene. Item de Granario Dominorum duo modii spelte.

12. Hac die celebratur anniversarium Dni. Hermanni Dapiferi de Diessenhoven, olim huius Ecclesie Canonici, et dantur iii. modii spelte et 1. libra den. de bonis in Nüdorf.

Hac die celebretur Missa pro salute vivorum Dni. Johannis dicti Molli, Dapiferi de Diessenhoven, quondam huius Ecclesie Canonici, et dantur duo frusta siliginis de decima maiori in Endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.

13. *Lucie virginis.*

Heinricus de Winon O. in cuius anniversario Prebendarius in Swartzzenbach persolvere debet Canonicis residentibus v. sol. den. in vino distrib., et pauperibus duos sol. in larga.

Hac die ex ordinacione Volrici, Coci hu iu Ecclesie, dantur de Granario Dnorum. tres modii spelte Canonicis presentibus in pane distrib. Deducto prius pro quolibet Officiatorum vno pane prebendali.

Hic, videlicet feria iiii post Lucie, agatur memoria bone memorie Dni. Jacobi de Rynach, prepositi huius Ecclesie, et dividantur duo modii tritici de Granario Dnorum.

14. Anno Dni. 1302 Hartmannus de Rvoda miles O. in cuius anniversario dantur de bonis in Grenichon xiiii. qrt. tritici et vnum Maltrum Avene. Petiit etiam dictus Hartmannus, ut Prebendarii, si commode fieri potest, hac die singuli Missas pro Defunctis dicant.

15. Cvonradus dictus Honer, et Berhta vxor sua O. in quorum anniversario dantur de bono in Adilswil duo maltra spelte et avene.

16. Anno Dni. 1347 Jacobus Sartoris, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius Anniversario dantur de Granario Dnorum. vi qrt. tritici.

17. Rvodolfus, prebendarius altaris S. Marie O. in cuius anniversario datur 1. Maltrum avene de bonis in Grenkon.

18. Berhtoldus de Seconis, huius Ecclesie Canonicus

O. in cuius anniversario dantur de domo, quam ipse extra muros huius Ecclesie edificaverat, x sol den.

Dnus. Johannes Bvttenberg, Cappellanus Bte. virginis Ecclesie Zofingensis, pro salute anime patris et matris, antecessorum ac benefactorum suorum, dedit vnum modium trtci. Canonicis et cappellanis huius ecclesie equaliter dividendum. (v. kal. Jannvarii.)

19. Johannes de Olton O. in cuius anniversario dantur de bono in Tagemarssellen v. modii spelte et vnum Mltr. avene.

20. Berchta dicta de Münster, Soror Dni. Diethelmi, prebendarii Capelle S. Nicolai O. in cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. x. qrt. spelte, et x qrt. avene.

Eberhardus, filius Heinrici de Altwis, et pincerna huius Ecclesie O. in cuius anniversario dantur duo Maltra spelte et avene de Curia in Witwil.

21. *Thome Apostoli.*

Hac die dantur tres panes.

Dnus. Berhtoldus de Hallewil miles O. in cuius anniversario dantur de bono in Sura tres modii siliginis et vnum Mltr. avene.

22. Hac die obiit Dnus. Heinricus, Dapifer de Dyessenhoven, Thesaurarius huius Ecclesie Anno Dni 1376. In cuius anniversario dantur iiii modii trtci. de Granario Dnorum., et xii. ß. den. de area et domo dicta Raperg, sita prope fontem intra muros Ecclesie Beronensis. Dantur etiam Custodi ii panes prebendales, ut eadem die unum pauperem reficiat.

23. Wernherus de Wolhvsen Nobilis, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur de bono in Zetzwil duo quartl. trtci. Item de bono in Armense vi. qrt. trtci. Item de bonis in Grenichon duo qrt. trtci. et duo modii avene.

Anno Dni. 1379 O. Mgr. Heinricus de Surse, huius Ecclesie Canonicus, et olim Officialis Basi-

leensis. in cuius anniversario dantur duo modii tritici, et vnus modius siliginis de bonis Hospental, videlicet de Curia in Kvlme dicta der Bvel.

24. Anno Dni. 1290 Heinricus minister, dictus Trutman O. in cuius anniversario dantur de bonis in Schongowe xiii. qrt. tritici et vnus sol. den. [1])

Anno Dni. 1407 hac die O. Venerabilis Dn. Waltherus, Prepositus Brixinensis, Constantiensis et Beronensis Ecclesiarum Canonicus, in cuius anniversario dantur de prelatura sua mortuaria v. modii spelte de decima maiori in Endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sure.

25. *Nativitas Domini.*

In hoc Festo dantur iiij, et si dominica inciderit, dantur v. panes, et de Cammera ii.

Petrus Decanus, Rector Ecclesie in Bürron O. In cuius anniversario dantur viiii modii spelte, et ii. Mltra. avene de Granario Dnorum. Nesa Peyerin dicta Kvrsennerin O. in cuius anniversario de bono suo in Kulm, quod colit Rüdi Meiger, iii. modii tritici.

Hac die ex ordinacione Dni. Johannis Tellers, Decani in Hochdorff, et huius Ecclesie Canonici, datur vnus florenus de Granario Dnorum, in honore S. Trinitatis et Dni. nostri Jesu Christi in prompto distribuend. Canonicis, qui primis vesperis, processioni et misse interfuerint et obtulerint, medius florenus detur. Residua floreni medietas inter prebendarios, qui predictis interfuerint, et pauperes equaliter dividatur. Ita tamen, quod ipsius Dni. Johannis memoria, antecessorum, successorum, benefactorumque suorum habeatur, etiam ut eadem die inmediate ante processionem vna Antiphona de sancta Trinitate cantetur cum Collecta.

26. *Stephani prothomartiris.*

Hac die dantur tres panes.

---

[1]) Hier wird eines Vicceplebani inferioris ecclesie gedacht.

Heinricus de Vilmaringen, Rector Ecclesie in hangstork, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius anniversario dantur duo frusta siligiuis de decima maiori in Endvelt, conpertinenti Ecclesie in Sur.

27. *Johannis Ewangeliste.*

Hac die dantur iii. panes.

28. *Sanctorum Jnnocentium.*

Hac die dantur tres panes.

Mehthildis conversa de Angelinkon O. in cuius anniversario datur de bono in Liele vnus modius tritici.

Wernherus de Tennikon, huius Ecclesie Canonicus O. in cuius Anniversario dantur de bonis in Grenichon v. qrt. tritici et duo modii avene.

Ita, vxor fabri de Mettmonstetten O. in cuius anniversario dantur de bono in Nidern krumbach duo modii tritici.

29. Wernherus Pincerna O. in cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. tria Mlt. spelte et avene.

30. Richintza de Winnon O. in cuius anniversario dantur de Granario Dnorum. duo Mltr. spelte.

Dyetricus de Rota O. qui constituit de Redditibus boni in Adelbrechtzberg, quod preter ministrationem Lampadis in medio Chori ad omnes horas arsure, vnus cereus honestus ad sacrum officium elevacionis Evcharistie ad publicum altare, et ad Altare bte. Virginis, et ad altare bti. Johannis in perpetuum habeatur a Custode ministrandus.

31. Silvestri pape.